

Discursus Studenticus ...


[2] : De Studiosi Monasterio Academico Vacuo, i. e. : Dialectischer Beweis, Wie daß es unmöglich einen Purschen zu incarceriren ... Domino, Dn. Christoph. Frid. Clarin, Medicinae Doctori ... Nuptiarum Solennia cum Anna Dorothea Mustern, Die xx Februarii Anno MDCC XXX III. paranti ac ornanti sacrabat Virgo Masculini Generis Studiosi Studiosa Amore, More, Ore, Re ad ultimum aeternitatis Punctum und noch 25. Jahr drüber

Rostock: Adler, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn828611807>

Band (Druck) Freier  Zugang






MK-7973^a.



262

Fr. Bachmann



15 Briefen

1732-35

Wol micrum

U. - Bibe. hat unsern Teil!

^{Ἐν δὲ λέξει}
DISCURSUS STUDENTICI
DE
STUDIOSI
MONASTERIO ACADEMICO VACUO;

i. e.

DIALECTISCHER BEWEIS,

Wie daß es unmöglich einen Pürschen zu
incarceriren,

PRÆNOBILISSIMO, DOCTISSIMO, EXPE-
RIENTISSIMO DOMINO,

DN. CHRISTOPH.

FRID. CLARIN,

Medicinæ DOCTORI famigeratissimo;

NUPTIARUM SOLENNIA,

cum

PRÆ-NOBILISSIMA VIRGINE

ANNA DOROTHEA
MUSTERN,

Die xx Februarii Anno clō DCC XXX III,

paranti ac ornanti sacrabat

Virgo MASCULINI Generis


Studiofi Studiofa

Amore, More, Ore, Re

ad ultimum æternitatis Punctum und noch 25. Jahr drüber!

CHARACTERIBUS UTOPIENSIBUS,

Gratiam dante Gratiis nato,
Aura tonet, sonet unde, minis fre-
mat orbis & orcus!



§. I.
Q Vemadmodum juxta illud PROPERTII:

*Navita de ventis, de tauris narrat arator
Enumerat miles vulnera, pastor oves;*

Ita & sæpe Studiosi, qui in Genitivo non minus atque Nominativo Domini sunt, de factis & fatis suis commentantur, quoniam παραθεωρησι fuerint; quoties ἀντοφθαλμῶν καὶ πρὸ γυναικῶν μάχεσθαι exercuerint, venationem pulicarem instituerint &c., quæ & alia effecissent plus simplici vice, ut commissum scelus

-- brevibus gyaris & carcere dignum

habitu sit. At Scrutator iste istius magestatis opprimitur gloria, vel uti cum Sixtino Amama interpretatur Tarnovius: *pervestigatio hominis sui ipsorum non est honor* (a). Non enim ipsis honori ducitur, quæ facinora nimis jactitantes more thrafonico hoc ipso honorem & laudem venantur, plane ignari primæ & principalis Silentii obligationis ex decore profluentis (b). Proinde satius facerent ab istis nugarum nugis quam citissime quin & sapientissime per quam abstinentes. Tantum quippe abest, ut consequens bene testetur de antecedente, ut magis cachinno honestis coram sese exponant atque contemptui. Verum Ein Pursche macht sich nichts draus, est primum Studiosi istius principium, nec curat Philosophus, quamvis incarcerari eum jubeat Jephtha. Quid? quod haut inscius verba activa non semper activæ esse significationis, sed sæpe permissivæ, teste DANHAUERO (c) indeque stare pro ratione voluntatem, num lubeat, libeatve ins Kloster zu ziehen. Imo Idolis mentis mancipatus sibi imaginatur, Studiosum *abstractivæ & in universali* sumtum esse monstrum hominum & animal horribile non cogendum sed persuadendum, daher müsse es einmahl gewaget seyn. At absurda absurdorum absurdissima Musarum filii genuinis propinare satagit his ipsis nequitiis prodens.

A 2

(a) Vid;

(a) Vid. J. Lofii diff. *περὸν*. ad J. L. Mosheim de prædestinat. rerum hum. §. 6. (b) *Christ. Sever. Solgard* in disp. I. de homine ad Silentium obligato, Sect. 3. p. 9. (c) In diff. de induratione Pharaonis. §. 34.

§. II. Cum autem nullum continens repirires, ni contentum in rerum universalitate daretur, & illud frustraneum, hoc non existente; primum & nobis incipiendum erit de respectivo dicto contento eoque Studiofo (d). Num vero hic existat in rerum natura, non est ut quæras, quippe a posteriori sat demonstrari queat. Quis enim hujus affectiones non utroque videt, cum Studiofus a *Stoicis* ad prædicamentum *relationis*; ab *Aristotele* & quidem melius ad *actionis* referatur. Actio autem est, quæ aliquid agit, & hæc est activa; aut qua aliquid agitur & hæc est passiva (e); Sed Studiofus agit, aut eo mediante plus plurimum agitur. Ergo. Major est Aristotelis. Minor est hospitum miserabilem istarum rerum faciem deplorantium. Ut taceam cum mulieres sint humidæ a natura, und der Haase wegen der Magerkeit mit Specß bespisset werden muß; Studiofus tanquam Medicus laborantis puellæ non tam qualitate, quam quantitate augeri viæ propter vim contrarie agentem adhibeatur necesse est.

(d) Non Studiofis. Studiofum enim inter & Studiofos hoc discriminis aliquando intercedit, ut ille sit contentum; hi vero continens. Id quod ut clarius elucescat adducam verba Philalethis, *Ihr Köchinnen*, dicentis, seydt alle generis *Naschculini*, *libe naschet gerne in der Küchen*, solte es euch nicht eine Ehre seyn, *zwischen zweene Studiofos zu sitzen* &c. En continens duos Studiofos. Conf. die wahrhaftige (hæc enim contradistinguitur der falschen) *Ochsen-Philosophie* pag. 28. Contentum vero hinc pateat. Quis nescit, quod Studiofus Dominus feadi magno cum gaudio expectet *Cytheriacas* illas columbulas oder *Past-Döchterlein*, & majori cum *Lacædemonio* excipiat, ubi actioni *de communi dividendo* intentæ, &c. Ecce contentum Studiofum.

(e) Hanc actionis distinctionem ne mireris B. L. Est quippe & *Philosophis* & *Jctis* usitatissima.

§. III. De *Westerwaldensium* Studiofum esse vitulum marinum, habentem tria cornua in fronte, & consequenter peculæ esse monstrum & effectum a recta hominis dispositione abhorrens

rens & degenerans, falsa & imaginaria persuasione hac vice Silebo. Nec nostro scopo convenit illa, quam *D. J. B. Schuppius* (f) dat, Studiosum esse animal aut nihil aut aliud agens. Interim accuratius totum esse Studiosi exantlabo forsitan, si qua cum *Kwekelbrione* (g) hunc in modum eum descripsero: *Studiosus est homo mirabilis, cujus finis est rixari.* Hæc cum quibusdam iudicatu & intellectu difficilia videantur, annexum ibimus explicationem.

(f) *Im Calender*, proem. (g) In Thesibus inauguralibus, Tract. II. Qv. I. Concl. p. 23.

§. IV. Studiosi genus igitur libuit ponere non *animal*, quia per hoc non differret ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν & indoctis Sylvarum truncis Satyrorumque fratribus; neque *Substantiam*, unde male *D. Mylius* (h) quia nemini Substat, sed potius cuilibet *obstat* tenet nobilique (i) non cedit; Sed hominem, qui omnium nobilissima creatura & *J. Henningio* (k) microcosmus dicitur, adeoque nobilior nobili. Nam quicquid prædicatur de conceptu determinante, prædicatur & de determinando. Jam vero Studiosus *Homo* audit, qui est nobilissima creatura, nobilem duobus potioribus gradibus comparativo scilicet & superlativo antecellens, Ergo. Quinimo in Studiosum omnino quadret illud prædicatum Jesuitæ ab *Alexandro Hajo* impositum, dicente: *Jesuita* (vel accuratius *Studiosus*) est *Omnis Homo* (l) denn er schicket sich auf alle Sattel, quæ verba igitur non in Jesuitam non in nobilem, sed in Studiosum duntaxat apprime cadant. Quare Studiosus fit homo *primæ*, nobilis vero non nisi *quintæ* classis homo (m).

(h) Hic enim *D. Gerlachio* suo præceptori quærenti, *in quonam prædicamento sit aulicus concionator?* (*Gerlachius* dissuadere proinde volebat *Mylio* oblatam vocationem ad quandam Principis aulam) Respondit: *In prædicamento Substantiæ.* Nam si quod minus (*Studiosus*) ad substantiæ prædicamentum non referendum, multo minus quod majus (*Aulicus concionator*) eo pertinebit. Conf. *D. Reinh. Bakii* Exposit. Evang. P. I p. 52. obs. 1. (i) *Welcher in keinen Europäischen Krieg, sondern in bello grammaticali gedienet, alwo Dic, Duc, Fac, Fer, seine Rittmeister gewesen,* uti *D. J. B. Schuppius* loquitur per *Satyram* in *Libello* sub tit. *Freund in der Noth.* (k) In Proem §. I munimenti *Securitatis* hum. ex *Imagine* div. ejusdemque reliquiis ab ipso &c. extructi. (l) *Vid. des aufrichtigen Deutschen Patriotens Spanisch Mückens-Pulver*

vet disc. I. p. II. (m) H. Olivarii diff. offerens numeri quinquarii excellentiam IX. qua Politiam.

S. V. Ad instar differentia specificæ additur: *mirabilis a natura.* Quem enim fugit ejus eruditio non admiranda satis omnisque admirationis modum excedens ob nimiam ingenii subtilitatem, unde & cum Socrate ab ipso Diabolo, testimonium summæ eruditionis accipiens, promptus est ad moccandum se de titulo *Varroni* ab *J. Hilperto* (n) attributo, deficiente licet interdum altera parte *Petri*, cum vel decies ante legatur aliquid, quam intelligatur. Quare ad modum *Illius* (o) virgines in *Calvinianas* propter *id significat*; & *Lutheranas* ob *id Est* distinguentis, & apte satis Studiosus alius est *Calvinianus* nomen Studiosi, alius *Lutheranus* nomen & omen sibi vindicans simul. Mirabilis etiam respectu *Accidentis*, quia non semper ex voto ei omnia succedunt, unde interdum cum *Ovidio* (p) corruptor in tabulis amatoris ad virgines, quas deperire intenderat, clam insinuandis infelix, ubi inanes rediisse suas videt conqueritur: *Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi.*

Mirabilis respectu materiæ *in qua & circa quam.* Cum enim ars & natura nil faciant frustra & illa hanc perficiat; Studiosus a natura (non naturante, sed naturata) jam mirabilis per artem redditur mirabilior. Ecquis enim nescit, quod Studiosus sit artificum artifex in virginibus jura Studiosi (q) consequenter & debita sibi mancipantibus accommodandis? Ecquis ignorat ejus callidissimam dispositionem nunc arte perfectam, i. e. habitum acquisitum seu potius infusum *dessen Schu keinen Absatz hat*, in poculis feliciter evacuandis & uno hausto exantlandis; contra vero mediis creaturis effarciendis? En igitur mirabilem Studiosum Studiosa! nulla alia ex ratione hæc talia perpatrantem, quam quia ut ille *Poëta*:

Dum latet occulti est gratia nulla boni.

Unde *Hofius* (non ille quem falso referunt Episcopi R. vices sustinuisse in Concilio Niceno (r)) sua mirabilia, i. e. *die schöne Rarität, die schöne Spielwerck*, quæ quidem quam longissime a carcere non abesse debere videntur, cum jam seipsa digna, quæ custodiantur, judicaverint (s) nihilominus in casu recto cæco exponat oculo. Præprimis cum Studioso sit expertum in segregatione duorum continuatorum alterum perire, seque venisse non accidentaliter, sed substantialiter. Quæ ex ratione hujus

hujus mirabilitatis non possum, quin mirabilem hunc inter mirabilia mundi statuam; & quid obstat, quo minus hanc mirabilitatem de Studio ut reciprocatorem *denominative* talem (t) prædicem.

(n) In disquisitione de Præ adamitis Cap. IV. §. (o) apud Misandr. in Delic. Bibl. Septembr. 1691. p. 968. (p) Amor. L. I. Eleg. 12. v. 27. vid. J. Seerupii Diss. de Dyplichis veterum Cap. I. §. 2. (q) e. g. collegia Juridica frequentare, nomen matriculæ inferere, ratio hæc est, quia sub masculino continetur fœmininum. Conf. J. J. Schœpfferi meditationum Juridicarum ultimam p. 15. sqq. (r) Dannhaueri disp. ad collat. Carthaginens. inter Catholicos & Donatistas habitam §. 20. (s) Cic. Orat. in L. Catil. C. 8. (t) Conr. Oldii disp. de Bonitate Theor. II. §. 6.

§. VI. Ad verba: *Cujus finis est rixari*, quod est, hoc observes, nullam Facultatem sive Theologicam, sive Juridicam, sive Medicam, sive Philosophicam, esse, quæ non rixas alat. Cujuscunque itaque castra sequatur Studiosus, rixandum ipsi ibi erit. Id quod & causæ est, cur ei, non autem lippis & tonforibus, digladiato esse licet: Sic enim *Jctus*, cum ipse dicam alteri scribit se cingit gladio, *Plampo*, *Dego*, quo, quod legum demonstratione, rabulosa garrulitate, codicillorum aperature, decretalium expositione convincere & inflectere nequit, sanguine effuso non expavescens victoriam deportet und so dann den Proceß gerwinnt. *Medicus* ad puellam virginem seu Subjectum patiens (Patientin) accedens, nil suis masecatoriis, sternutatoriis efficiens, terribilia patiens, stricto gladio vitæ periculum infracto animo subeat virginitatisque anatomiam instituat. *Theologo* dimicandum est cum ipso Diabolo & meretrici babylonica hujusque prole * qua in sodalium vocata, duplicata vis fortior, ad quam repellendam in Theologo non *divapiss*, sed *exhorta* requiritur, utpotè quæ plus involvit virium, quam illa (u). Nec prorsus a rixis liber erit *Philosophus*, siquidem definitionem illam metaphysicam sua veritate jam corruentem *intercadapodialiter* & *reflexive* (w) defendere habeat.

* Intellige Mönachos, qui sibi pulchras *οὐκ ἔστιν* Cæsarias oder gute Haushalterinnen (H enim non est litera) ad marginem adjungunt. (u) Evolv. M. Casp. Mauriti Diatribæ Philologicæ

§. V. Ex quibus ad oculum patet cum nulla sit oppositio Studiosum inter & gladium; nec disjunctionem ullam locum posse invenire. Relata enim sunt simul natura, quorum sublato uno, tolleretur alterum, Et posito fine, ponitur id quod propter finem est. Jam vero ejus finis semper in mente hic est, ut assistens sit (Studiosæ) & Cardinalis qui resistentes (illi) compefcet & rebelles in eam tollat. (x) Ergo. Unde cum nullo modo gladius a Studiosi latere vi nuperrimi privilegii separabilis sit, injurias ipsi illatum iri credo, si qua in mandatis daretur, ut hic cum mercatorem suis individuis contentum Arithmeticis genera & species relinquentem, indeque individua genere & specie præstantiora ducentem aliud docere intendisset, Symbolum; Sieh aus eligendo, in musæo, ubi haud raro jam præterea cum illo Poëta:

Schmelzimus Armutias, vires verscherzimus omnes,
Minerva nervos scilicet minuente, sepimento morose in publico murmurantium *πρὸς ἐσπέραν, ὑπὸ νύκτα, imo ὑπὸ φωτός πολλῆ παρεισβαλλόντων παρ' ὅλον τὸν βίον* cingeretur, nullum alium in finem, quam ut gladio ipsum exuant & exutum eo custodiant, quippe non sunt digni, ut *εἰς ἐκ δεξιῶν, καί τις ἐξ ἐναντίων* ipsi assideat. Vult enim Cicero ut gladius nobiscum ambulet foras, pernoctet nobiscum, quiescat domi, adfit *παρθένης* exercituris &c. Quæ vero quies turbaretur mirum in modum. Et præterea neque plena, neque quædam, adeoque nulla competit Potestas murmurantium *ἀντιπρατηγῶ, cloaca omnium diabolorum,* quo elogio D. Phil. Melanchthon exornavit Faustum illum, quem rumor ex sermone jam dudum attulit famosissimum (z). Maneat igitur salva Consubstantiatio Studiosi ut *Substantia prima* (aa) cum gladio ut *Substantia secunda* & sic nec metamorphosis Studentica dabitur.

(x) quo privilegio item gaudent Jesuitæ a Paulo III R. P. hoc ipso donati Conf. Pii Viri (ita se nominat ille Anonymus) VII. Epistolas Jesuitarum Privilegia, disciplinam, Miracula &c. comprehendentes Epist. I. 3. (z) In Misandri deliciis historicis pag. 682. (aa) distinguas inter Substantiam nudam & cum addito talem, & facillimo modo §. 4. cum 7, conveniet,

§. VIII.

§. VIII. Nunc ad *Monasterium*. *Cænobii* nomine insignire nos
 bis non volupe fuit, quia sic vi atymi involveret communem vi-
 ctum, cum derivetur a *κονὸς & βίος*. Verum latrantibus licet in-
 testinis tantum abesset, ut cum Stomacho in gratiam hoc fido
 communi cibo convenires, ut potius ad calendas græcas de cibo
 apportando expectares, proinde hanc appellationem non mere-
 tur; Nec bene *Carcerem* vocas, quia sic derivatio instituenda es-
 set a *coercendo*. Est enim carcer juxta *Gusmannum* (bb) *crummarum*
omnium compendium: imo *viva inferni in hac terra imago*. Unde & ho-
 die pœnæ nomine venit jure nostro, quamvis olim jure civili
 tantum ad custodiam erat carcer (cc). Qua in significatione juxta
Prudentium Tormenta, *CARCER*, *ungula, stridensque flammis lamina,*
atque poenarum ultima Mors, Christianis ludus est; Sed potius *Monaste-*
rium. Non quidem qua denotat communem quemadmodum est *Urbs*
Westphaliæ, cujus de elegantia & damno illato *Sleidanus* (dd) aut
 quatenus est *Monasterium Eyslæ* de cujus natura *Zeiler* (ee) aut
 oppidum *Alsatia*, de quo *Merianus* (ff); sed habitaculum jam ab
 ipsius adificationis tempore eheu! vacuum, cujus inclusionem
 ego æque certissimum emortuæ sociali atis signum existima-
 rem, ac *Titius* servitutem (gg).

(bb) in *Casp. Entis Proscen. vitæ hum.* Lib. II. Cap. VII. pag. 140.
 (cc) *Diss. D. G. A. Schuberthi de Emenda Saxonica injuste incar-*
cerato præstanda §. I. (dd) *L. X. Comment.* (ee) *Continuat.*
Itin. Germ. Cap. 32. & ipso Itiner. Cap. 30. & in Calc. p. 675
 (ff) *Description. Alsat. p. 29.* (gg) *Vid. D. Kütemeieri diss. in-*
aug. de rebus inæstimabil. Cap. 3. §. 5. p. 21.

§. IX. Cum in prima hujus fronte *Monasterium Academicum*
 dixi, ad differentiam hujus ab aliis denotandam factum est. Ita
 enim differt ratione *Subjeti includendi a feminino*, ubi solæ virgines
cum nullo patrimonio nata, (qua phrasi utitur *Buchnerus* (hh) de quo-
 dam *Studio* cujus res in arcto versarentur fortassis) *Und sich das*
her noch wol biweilen uns Heyrathen bemühen causa activa, aber
 nur *Sub & obreptitie*, nonnisi *pias fraudes* adhibendo, bene me-
 mores illius:

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Præsertim cum non omne, quod actu ipso est illicitum, ideo fit

B

irri-

irritum (ii). Item ab *Urano*, ubi Sanctus Sathan, quomodo olim Gregorius VII. vocatus est, cum suis Sanctis Angelis *ἐν ἰδιαιτέῳ σχήματι* & pellibus ovinis, quo vestium ornatu differunt ab Amazonum miro habitu (kk) vafritiem lupinam ingeniose te- gentibus cum *Montanistis* (ll). Quos eapropter salutare & pileo detracto, ut alium hominem civiliter colere, Studiofo duceretur peccato. Licet etiam Socinianis januam salutis *semel* lapsis prorsus intercludentibus (nm) se simulent mitiores; tamen non merentur, quia *Doctores* hujus mundi, *Studiofos* puta cum ipsis Quakeris pernegant, adeoque ad scalarum tenebras detrusi manento insalutati. Differt & ratione *cause impulsivæ*, ubi est vel liberum vel necessarium. Hocque rursus respectu ad- junctorum & quidem *temporis* vel momentaneum vel perpetuum. Illud est cum pro hospite inspiciamus. Hoc autem spectat ad *Abderitæ* plebis peccata. Nec est quod hic investiges num clavem solentem adhibeant, aut cum Aristotele de impossibilitate mortuorum resurrectionis loquente a privatione ad habitum (lucis) regressum permittant? E vestigio namque e vestibulo camerae obscuræ, ubi solem nox obruit, quia dies statim abigat illam dicente *Seneca* (nn) emitteris, nec annus platonicus erit. - - enim thaleris solutis vinculum libertati circumdatum disrumpet a seipso & captivus istius carceris desiderio olim non tangetur. Quapropter Studiofus cautus rerum mercator semper quo præternaviget felix Syrenas illas suo suavicantibus nos ad se allicientes hac intimata quaestione utitur in investigandis illis *Ψη?*

(hh) P. I. Epistol. Epist. 79. (ii) Conf. Solgaardum disp. cit. Man-

tiff X quaest. politicarum & Juridic. (kk) Curt. Lib. 6. Cap. 5.

(ll) Danhauer in Christeif. p. 531. (nm) Euseb. Lib. 6. H. E.

Cap. 23. (nn) Epist. 36.

§. X. *Vacui* mentionem movens in titulo viam sterno ad id, in quod totus rei cardo vertitur. Nempe Scopus noster est probatum dare vel saltem probabile, quod *Studiofus non possit incarcerari* & per consequens *Studiofus incarceratus* sit ens rationis ratiocinantis, i. e. *Non-Ens*. Ubi insimul observabis, mihi sermonem esse non de studiofo in individuo spectato, sed in abstracto nec utrum de facto, sed de jure incarcerari queat; nec loquor de Calviniano, sed de Lutherano coll. §. 5.

§. XI,

§. XI. Primum igitur argumentum nostræ thesæ stabilien-
dæ hoc est, quod studiosus sit ubique. Nam hic non ut alii ho-
munciones tenetur aut hæret in certo quodam π sed est Nea-
poli, Parisiis, Lipsiæ & omnibus locis ullo modo fingendis, ade-
oque in omni spatio hujus universi, quare ejus

- - *circulus orbis erit;*

Præsertim cum multiplicatio *præsentia* termini, non statim sit
multiplicatio *præsentis* subjecti. Unde & illud satis congrue qua-
drat in ipsum daß er ein Ardelio der den Bär in allen Gassen an-
bindet. Ubique enim est homo. (M. S. pro P.) Sed Studiosus est
homo. Ergo Studiosus est ubique. Si hoc, non erit nullibi
quia sic negata causa, omnis effectus quoque negandus esset,
Verum cum multæ virgines eum insimulant nunc hujus
nunc illius, nunc istius satis apparet, Studiosum non esse nul-
libi. Nec est, quod quis diceret, datur Tertium, est ne-
que ubique, neque nullibi, bene autem alicubi, idque probare
moliretur, quia sæpe se includi patiat. Ipse hoc responsi ac-
cipiat, thesin adhuc suo stare thalo Studiosus quippe cum
dicitur nonnunquam incarcerari, id non in *totum* cum suis con-
nèxis, sed in tantum est accipiendum, vid. §. 10; Et quod magis
non evertit illud ipsum meam thesin, quin potius sequatur
ex ea, qui enim est ubique necessario sit alicubi, Nam si quod
majus verum est, & quod minus verum erit. Unde optime
Barlaam in Epigrammate ad *Salmasium* :

- - *ubique* - -

Præluet magnis artibus ista Pharos.

§. XII. Ast exciperet aliquis, non tamen qua *Medicum* esse
in *Abissinia*. uti perhibet *Jobus Ludolphus* (oo). Ergo non esse
ubique. Ipsi totum argumentum largiendo salva thesi mea re-
gero, distinguens inter Studiosum sine & cum adjectitia qua-
litate talem. Non enim semper & ubique ægrotant virgines.
Nec valet consequentia: ubique non datur (Studiosi) effectus
Ergo nec causa, Nam est mirabiliter præfens unicuique, quam-
vis non semper in actu secundo, saltem primo. Ex quibus ipso
jubare exorto clarius, ubique existentem non esse incarcerabi-
lem. Unde non absurde evertuntur ita: *kleiner Gast, grosses*
Haus. Ut melius ita: *grosser Gast kleines Haus* passen sich nicht.
quippe continens semper majus esse oportet contento, non vero

B 2

contra

contra. Et quod maximum Studiosus vix ac ne vix quidem descri-
bi quod minus, multo minus quod majus *circumscribi* poterit.

(oo) in historia Æthiopica Lib. IV. cap. 2. §. 2.

§. XIII. Thesis nostra stabilitur porro, quia Studiosi opera non
ita comparata sunt, ut monasterium Academicum sive carcerem
mereantur. Nam B. O. si non sunt meritoria nec Mala meritoria
erunt. Antecedens patescit ex Theologorum Canone. Conse-
quens autem inde luculenter sua radiat luce, quia si quod ma-
jus est verum non est, nec id quod minus est verum erit. Sed
unicuique ad oculum patet bonum esse majus malo. Neque in
contrarium concludas: Oppositorum opposita est ratio, Ergo
mala opera omnino, sunt meritoria, & consequenter Studiosus
esset incarcerandus ob ea. Hoc ipsum autem ad ravim usq; quis
non pernegaret? Studiosi enim opera omnia sunt bona, neque
ullum est malum. De quocunque enim supposito dici potest
quod fit ens, de eo & dicitur bonitas. Sed de Studioso. Ergo. A
bonitate vero tanquam forma Subjeto inhaerente per parony-
miam Logicam dicitur bonus. Qualis itaque causa, talis & erit
effectus. Ergo B. O. præstat. Ut taceam a posteriori facillime de-
monstrari posse, Studiosum fore non-ens nisi esset *bonum*. Nam si
ejus opera essent mala, Studiosus necessario esset non-ens quod
contra §. 1. quia omne malum metaphysicum est non-ens.

§. XIV. Tertium argumentum, idque palmarium ad he-
fin nostram probandum hoc erit dilemma, quia Studiosus nullo
modo potest puniri. Si enim est puniendus aut anima aut cor-
pore puniatur. Verum vel meridiana luce clarius est, quod non
qua animam hoc monasterio puniri possit. Quia carcer Spiri-
tuum est spiritualis. Neque enim Spiritus in alio carcere esse
potest, quam in Spirituali, uti vul. *Schlichting*: Comment h. L.
Tomo II. oper. fol. 327. *Evolv. Scherzerus* in Colleg. Anti-Socin.
Disp. 146. de Morte pag. 1253. Quod autem, quoad corpus
carcere puniri nequeat, autoritate *D. D. Walchii* probatum damus,
qui ita: *Corpus non potest puniri.* (tt) *Vi* cujus cum veritas jam
sua sponte profluit, non est, ut hoc prosequar multis. Quam
ob causam si qua lex concepta fuerit de Studioso in monasteri-
um immittendo, quod tamen non credendum, quia id Studioso
αντιρευστου derogaret, facile effectu suo destitueretur, quam-
vis Reverendissimus אב בית דין (uu) ipsi mercurio academico
vel

vel alii injungat Studiosum in carcerem invitare. Sunt enim & manent impossibilia,

(tt) in *diff. de Præmiis Veterum Sophistarum & Rhetorum* Corollall. IX. (uu) *Conf. quis ille fuerit in S. F. Bucheri Antiquitat. Passionalibus* dissert. I. §. 14.

§. XV. Quartam rationem pro thesi afferenda unusquisque ex *incommodo* inde orituro jam conjecturando facile assequi valebit. Id quod est duplicis generis aspiciendum, & a parte incarcerantis & a parte incarcerandi. Quoad illud reperimus, quod qui alterum induxerit in carcerem, in Carcerem (gehennæ) sit introducendus. (ww). Quoad hoc vero in folis disco jacet. Nam quænam Melancholia torqueret hominem *academicum Monasterium* ingredi jussum? Numne inibi mortem moriretur? Nulla objecta occurrerent, quæ sensus movere valeant; sanguis circulando subsisteret, pileum in gytum tremula manu trahendo nil nisi hoc efficeret, ut postremo de novo curandum. Quæ & sine dubio ratio fuit, cur prohibitum, hominem solum esse, quia nempe non erat bonum. Ecce Monasterium abominandum ultra Sauromatas!

(ww) Videatur suo loco.

§. XVI. A decoro quidem argumentari sat amplius esset campus, cum nemo margaritam sub modio jaciatur nec stercori recondat; Ast misso hoc ad aliud. Cum itaque ad ultimum nullus dies in hebdomade superfit, per consequens non congruet Studiosum incarcerari. Sic enim die *Luna* incipit prius in *schwärmen*, quia

Lex Veneri data est Julia, nulla vero. (xx)

spiritus nocturnos omni calumnia proscindit. Die *Martis* per ministrum a pedibus Dominus citatur ad *Rectorem*, nec pœna hæctenus ei est dictata, sed *dictitanda*. *Feria quarta* apparet habens personam *stardi*. Ast cum in peccatorem (hic secundum dici saltem) hodie non sit sine mora ut olim quidem apud *Judæos* (zz) animadvertendum, procrastinatio. At enim vero die *Jovis* incidit Sanctissimum capitulavium Pontificiorum (aaa) quod qui violaret in ipsum *Limbum* immitteretur atque precipitaretur. Quid nunc? Num forsitan die *Veneris*, quam *Turcæ* colunt Sabbathum est incarcerandus? Num die *Saturni* qui est *Judæorum* *שבת*? num die *Dominica*? Respondetur nullo mo-

do. Hi ultimi tres dies nonnisi opera charitatis & necessitatis permittunt, ad quæ vero non pertinet incarcerationio. Qvandonam itaque? Nunquam. Quid dierum ergo reliquum, qvo se siltat da ex actionirt wird conditione - - Nihil. Qvapropter nulla rei decisio, alias decretum *Reformatoriale* in posterum videris, fiat, nullaque incarcerationio, & actio maneat in suspenso. Nebulones proinde incarcerationentur atque ipse Diabolus imittatur Ψ אלה, ubi est Ψ פחה ubiqve trigæ Furiarum immensos habitant lares (bbb).

(xx) quibus verbis continuo nectare fortassis madens quidam Nostratium conterraneorum respondit cuidam Hispano istud vulgare: *Germani multos possunt tolerare labores, utinam possent iam bene ferre sitim* Germanis objicienti, vid: *D. Quistorpii* Quæstio Symposiaca utrum sine læsione Conscientiæ pro Salute, seu in sanitatem aliorum bibere liceat? §. I. (zz) *Grot. Lib. de Jure B. & P. Lib. 2. Cap. 20* (aaa) *Rud. Hospinian. de Festo Christian. p. 56.* (bbb) *Natal. Comm. Mythol. Lib. 3. C. 10,*

§. XVII. Sed qvo raptus videar? Annon his assertis securum reddo Studiosum? Nonne Spes impunitatis peccandi illecebra est? Minime gentium. Verum caveant, inductio non Logica, sed physica fiat, ubi mea demonstratio monstrationsi M. R. cederet. De cetero sufficiat argumentum ulterius premere. Cum autem hæc talia proposui qværitur: Num hæc ad rhombum? Qvod ego quidem asserere sine ulla formidine contradicentis non audeam. Interim VIR PRÆNOBILIS-SIME omnis Scibilis Medici viatico instructissime cum TUA promptissime dabis veniam his levidensibus iisque jocosis. Principes enim non proximas sibi mentes tantum suo aspectu beant; sed & peregrinorum desideriis vacant nec qvenquam repellunt. Sane haut alia ex ratione accessum in præsentis discursus Studentici continuatione molior, quam cultum & observantiam hæc porrigendo ut probem TIBI, TUÆque ostendam, afferam, facrem, hisque gaudium hodie VOBIS gaudentibus, honoriqve VESTRO velificer. Tantum igitur aberit, ut in grave principium inciderit animi conatus & omnis spes ac moles mearum machinarum labascat, ut potius meam TUUM favorem consequendi cupiditatem beatissimam

mam hoc boni interpretando reddas. Qua spe fretus gratulor ex toto pectore intimisque cordis penetralibus VESTRAS NUPTIAS, quæ & in posterum ut plura amoris officia libare queam gratulando de Filiis & Filiabus olim splendidissimam gentem repræsentaturis causa erunt. Et quod reliquum DEUS T. O. M. TE TUAMque fervet, Secundet & votorum VESTRORUM VOS reddat participes, quo ex hoc die divitias bonitatis DEI celebrare possitis ad ultimum æternitatis ●

* * * * *

COROLLARIA.

I.

Non omnis incarcerationio Fæminino-Masculina est *ανομία*.

II.

Wallensteinium adhuc Studiosum Anno 1599. præmisso cane carcerem Altorffensem primum esse ingressum, non est credibile
* Conf. J. Hübneri, *kurze Fragen aus der politischen Historie*, Part. I, p. 1107.

III.

Turbarum concitor Tabulam publicam hic Rostochii Anno 1656. noctu dejectam excrementis foede conspurcans non incarcerationandus, sed relegandus erat. Vid. Aug. Buchneri *Epistolarum* Part. III. Ep. 85.

IV.

Studiosus inspiciat tempore diurno Aristorelis PRIORA; POSTERIORA, nocturno ΒΡΟΥΜ ΒΑΡ. (Hæc græca sunt.)
* Si & suis templo Wittebergenfium appositæ quæ Judæi inspiciunt, intelligas cujus rei rationem reperire licet in Lutheri Tom. IIX. Jen. Germ. fol. 109. me non dissentientem habebis.

V.

Studiosus Urphedæ * Studiosus non datur.

* Habet enim urphedam שוה שבוטא præprimis quoad tertiam & quartam hujus speciem, Conf. Gwil. Outrami de Sacrificiis Lib. I. §. 10, p. 123.

VI. Stu-


Studiosus cum Lactantio duo Dæmonum genera statuens, bene definit: - - est Dæmon. terrestris lucem fugiens ex Furiarum bilis copia constatus qui certis exacerbatus causis corneliosus Studiosum media nocte inquietans ad caveam trahere gestit.

MANTISSÆ LOCO.

Sphalmata in priori *DISCURSU STUDENTICO* præsertim quarulorum, ubi Typhotheta loco θ sibi perspicillo destitutus finxit & alibi occurrentia plura quidem quam speraveram B. L. mihi unica vice saltem specimen typographicum propter temporis angustiam corrigenti, atque nigrum bono legitimoque ordine locatum præsumenti, ne imputes velim.







...na classis sit homo, ut loquar verbis H. OLIVAE
 ...aspera ad astra itur per varios casus per tot di-
 ...Fortis autem hic poscitur animus, mortis terrore
 ...um vitae extremum inter munera naturae ponat
 ...ne dolores, nesciat irasci, nihil cupiat, & potiores
 ...HERCULIS ærumnas ducat sævosque labores &
 ...is & SARDANAPALI cœnis. En Nobilissimum

ut. de Numeri Quinarij Excellentia §. IX. Juncto Pen-
 cursus Studentici de Studiosi Monasterio Academi-
 §. 4. ubi nostro scopo hic inservientia plura in no-
 tunt.

§. II.


...r NOBILISSIMO ex se nato inest Epictetis, So-
 Senecæ, Bruti, Catonis. Philosophiam habet ca-
 lem, i. e. Sie ist im Kopff und nicht auf den
 non μερικῶς & in tantum, sed ὀλικῶς & in to-
 vit in mundo, quasi extra mundum, infra coc-
 oelum, ne qua pavidum feriant minæ, si fra-
 . Loquimur autem præprimis de Politico eeu
 quem quidem sat aperte indicat §. III. Sect. II.
 in tempore Stulticiam omnium vitiorum matrem,
 ubitu & commodo erigi. Divites ignobiles ocu-
 Magnanimæ paupertatis ipsum non pudet.
 virtuti und gebrauchet sich einer Philosophischen
 hen Freyheit. In mundo est nonnisi accidens.
 um NOBILISSIMUM ad ἀπαθείαν i. e. Nichts
 ydens = Befreyung, naturalem bonitatem, &
 em ducentia. Cum his autem conjunctam de-
 benes animum fidelissimum.

§. III.

...emque nunc fidelissimum putat je ehrlicher,
 respicit propria, non Personalia. Studer fi-
 nen wackern und edleren Manne decenti. Uni

B 2

contra



the scale towards document